


Annos ut is arte senes, Chymicisq; repertis  
Heic propè femineces, exanimè sve juvat,  
Sic ANNOSA viri durabit GLORIA, donec,  
Annorum seriem qvi numerabit, erit.

M. Christophorus Cerycius Peg.  
M. P. L. Cas.



HIEROGLYPHICUM

In die 29. Novembris, Anno  
M DC XXXIX.

Clarissimo excellentissimo & in Spagyricâ arte  
experientissimo,

DOMINO JOHANNI AGRICOLÆ,

Phil. & utriusq; Medicinæ Doctori dignissimo, ac  
Practico celeberrimo,

Commentariis suis Chymicis elaboratissimis mox colophonem  
imposituro, gratulationis & gratitudinis loco officiosè  
dicatum

ab

A.  
LL.

H.  
Cultore &  
artis amatore.

Dr.  
Spagyricæ

Pro magnis rebus publicæ communicatis, magnæ quoq;  
à quovis, communicatori debentur gratiæ.

Accipe itaq; tibi competens felicitatis & victoriæ Chymicæ  
sigillum, in quo omnia, quæ in Philosophico opere necessaria  
sunt, comprehenduntur.

Semita